que fuerint coram iudice ſiue ſint iuriſditionis voluntarie ſiue contentioſe per ea que notat Inno. in. c. i. de proba. ⁊ bar. in. l. i. §. editiones ⁊. ff. de eden. ⁊. l. in fraudeȝ. §. i. ff. de iure fiſ. ⁊ guil. de cu. in. l. fi. C. de eden. adde quod not. per bar. in. l. i. ff. quēadmodum teſta. aperian. Nunc ē expeditus latiſſime iſte punctus ſuper quo pluries dubitaui limitans omnia predicta niſi conſuetudo aliter diſponeret quia tunc ſeruanda eſt ut. l. i. ⁊. ij. C. que ſit longa conſuetudo. Et ita dico ⁊ cōſulo ego ang. ⁊c. cccc.

Teſtator Sua propria manu ſcripſit teſtamentuȝ in quibuſdam folijs. deinde apparet dediſſe notario in quibus folijs ipſe notarius ſcripſit in fine. Anno domini inditione ⁊ diem ⁊ actum in ſancto munate preſentibus tali ⁊ tali in ſufficienti numero teſtibus ⁊c. iſte notarius mortuus eſt nec ſcripſit in imbreuiaturis ſuis hoc teſtamentum. Sed ſolum extat dictum teſtamentum manu dicti teſtatoris in predictis folijs. Modo queritur an dictum teſtamentum ita ⁊ taliter repertum ualeat necne ⁊ cuius dicatur imbreuiatura an notarij an teſtatoris defuncti ⁊ an habeat facere quod non teneat eo quia manu dicti notarij defuncti non apparet quod ipſe notarius fuerit de teſtamento rogatus neqȝ teſtes fuiſſe rogatos. Et utrum habeat locum quo ad omnia legata facta in dicto teſtamento uel ſaltim ad pias cauſas uiuente unico teſte tantum ⁊ an alius notarius cui cōmitteret poſſet exemplare ⁊ publicare de iure necne.

I dicto Themate plures. q. reſultant. Primo an dcā ſcriptura ſcripta manu dicti teſtatoris ſubſcripti in qua apparent deſcripta dicta uerba notarij videlicet actum in domo dicti teſtatoris in cōtracta podij preſentibus proſpero ſed becij lazaro tunici neapolione iunci franciſco duci petro beloxis cucinatio manucij ⁊ bartholameo tunici de ſancto munate teſtibus dicatur eſſe ⁊ ſit prothocolum aut imbreuiatura notarij. Secundo ſi intelligatur prothocolum aut imbreuiatura notarij non dico rogatio an ex quo dictus notarius non atteſtatur ſe fuiſſe rogatum ualeat dictum prothocolum ſeu imbreuiatura. Tertio an poſito quod ualeat ut prothocolum non obſtante quod notarius non atteſtatur ſe fuiſſe rogatum tamen ex alio capite ſit nulluȝ quia non apparet teſtes fuiſſe rogatos ad ipſum teſtamentum. Super primo prima fronte uidetur dicendum quod ſic. quia tantum operatur ſubſcriptio facta ſcripture alteriꝰ quantum operatur ſcriptura confecta manu propria in totum. ff. de fal. l. diuus. §. ſcribe autē ⁊. §. item ſenatus uer. ſi tamen accedat ⁊. ff. de uer. obli. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus ⁊. ff. quod iuſſu. l. i. §. ſi ſerui. ⁊ de pigno. l. fideiuſſor. §. pater. Contrarium eſt uerum in multis enim differunt ut oſtendam. Nam ſcriptoruȝ per ſe nemo ignorantiam pretendit. C. de contrahen. ⁊ cōmit. ſtipu. l. magnam. nemo ſcribit aut dicit quod nouit de ſuppel. lega. l. labeo. §. tubero. C. de iure emphi. l. ij. §. fi. cum ſuis cōcor.

Sed eorum que ſcripta ſunt quibus quis ſe ſubſcripſit licite ⁊ iuſte pretendere poteſt ignorantiam ſi uero probetur ipſum primo ſcriptorum notitiam percepiſſe ut. C. de rebus alie. non alie. l. diſtrahente. C. plus ualere quod agitur in fi. poteſt enim quis ſe ſubſcribere alterius ſcripture ⁊ eius nullam habere notitiam ut contingit cum teſtamētum in ſcriptis conficitur quia eorum que ſcripta ſunt intus teſtes ſubſcribentes nullam habent notitiam ut. C. de teſta. l. hac conſultiſſima ⁊. l. i. eo. ti. ff. quemadmodum teſta. aperian. l. ſi quis ex ſignatoribus. quinimo inoleuit cōſuetudo quod cedulis uacuis multi ſe ſubſcribunt ignorātes qualiter aut quomodo debeat denigrari papirus ut. d. l. diſtrahente per Inno. plene in. c. ij. de fid. inſtru. in glo. magna uer. de his igitur quos conſtat. Non eſt igitur par noticia ſubſcribentium ⁊ ſcribentium confirmat autem hoc quia ſubſcriptio ad multos effectus eſt ordinata. fit enim quandoqȝ inſignum conſenſus ſcribentis ut. ff. de pigno. acti. l. gaius ⁊. d. l. fi. C. plus va. quod agitur ⁊. dcā. l. fideiuſſor. §. pater. xij. q. ij. c. ſine exceptione ⁊ de procura. c. i. quandoqȝ fit inſignum teſtimonij ut. d. l. gaius ⁊. d. l. ſi quis ex ſignatoribus ⁊ dicta. l. hac conſultiſſima. Quandoqȝ fit inſignum preſtatione auctoritatis. xij. q. ij. c. cuȝ redemptione ſacrorum. Quādoqȝ inſignum confirmatiōis ut. d. l. ſi quis per calumniam. C. de epiſ. ⁊ clericis poteſt etiam ex alijs cauſis fieri ſubſcriptio ut inſignum iuſſus ⁊ mandati ut. d. §. ſi ſerui ⁊ etiaȝ ex alijs cauſis prout ſubſcribenti placuerit ſecūdum Innocē. in. d. c. preallegato.

Scriptura autem propria rem in ea deſcriptam enarrat diſpoſitiue uel non denunciatiue ut eius imago demōſtrat. ff. depoſi. l. publia. C. de ꝓba. l. non nudis ⁊. l. nō epiſtolis ⁊. l. neqȝ natales ⁊. l. iſtrumēta demoſtica nec oportet nos in vanum requirere ad quid uel propter quid emanauit ſubſcriptio cum potuerit ex varijs cauſis adhiberi ut ſuperius eſt oſtenſum. Nunc ad propoſitum dicta verba notarij actum ⁊c. ſunt uerba enunciatiua ipſiꝰ emanare potuerunt ad teſtimonium. ſ. quod eo preſente hec acta fuerunt. i. ipſa ſcriptura ſcripta fuit per ipſum defunctum ⁊ iſte eſt congruus intellectus hoc autem teſtimonium nullius eſt momenti. Primo quia extraiudiciale ⁊ minus ſolēniter preſtitum. Secundo parte abſente ō cuius preiudicio tractatur. Tertio quia non in figura iudicij. Quarto quia eſt teſtimoniū vnius ſoliꝰ. Quinto qꝛ ſine iuramento que omnia ſunt neceſſaria ad eſſentiam teſtimonij ut. l. teſtium. C. de teſti. ⁊. l. iuriſiurandi ⁊ in cle. teſtibus de teſti. Item potuerunt emanare inſignum cōſenſus ⁊ inſignum auctoritatis aut per alia quedam abſqȝ eo quod interpretemur illa uerba ſcripta fore per illū quaſi de ipſis fuerit rogatus. Et ideo talia verba enunciatio modo prolata non faciunt dictam ſcripturam publicam nec autenticam nec ei ut prothocollo aut libro rogationum fidem adhiberi debere rogationes autē notarij ſunt ille que eius manu propria ſcripta ſunt. Similiter prothocolla notarij ſunt prime ſcripture quas ibreuiaturas appellamus ſimiliter ſcripte manu notarij ⁊ ad eas recurritur ſi de fide inſtrumentoruȝ poſtea dubitatur in corpo. de tabel. §. fi. in uerbo. prothocollum nec dȝ aut poſſunt tales imbreuiature fieri per alium. Sed notarius met debet eas conficere per ſe ipſum ⁊ poſtqȝ confecerit ſi impeditur ſcribere aut ad ſcribendū uacare non vult poteſt alteri ſuas imbreuiaturas iam ſua manu ſcriptas mādare ut reducantur in membranis aut papiro ⁊ ipſe poſtmodum poteſt ſubſcribere aſſerendo ſe de omnibus primo ſcriptis fuiſſe rogatum ⁊ tamen tantum operatur dicta ſubſcriptio quantum operatur ſcriptura tota manu ꝓpria tabellionis conſcripta ut probatur in corpo. ō inſtru. cau. ⁊ fide. §. ſed inſtrumenta ver. in hijs vero que conficiuntur coniuncta glo. que incipit. ſ. tantum documentum quinimo ⁊ ſi dicamus quod etiam a prin. cum notariꝰ ō inſtrumento rogatur ſufficit quod alius ſcribat contrahētium ſeu diſponentium uerba ⁊ deinde poſtea ſe ſubſcribat ⁊ approbet tamen neceſſe eſt quod ſuo mandato ille primitus ſcribat uerba contrahentium ſeu diſponentium ut. d. ver. in hijs ibi ſed per alium miniſtrum ⁊ ſibi prima tamen opi. tutior eſt ut ipſum prothocoluȝ ipſaqȝ errogatio perſona ſeu imbreuiatura ſemper ſcribi debeat manu notarij ut ſi aliqua dubitatio orta fuerit ſuper falſitate eiꝰ poſſit veritas ⁊ falſitas conuinci facilius quam ſi manu alterius conſcripta eſſet ut patet aperte in. d. §. fi. in corp. de tabel. Illa ergo uerba notarij actum ⁊c. hoc ſoluȝ important quod notarius atteſtatur illam ſcripturam manu teſtatoris conſcriptam ⁊ ſeu confectam ſcriptam fuiſſe ꝑ eundem teſtatorem preſentibus dictis teſtibus aliud autē non importat neceſſario. vnde non probauit cum probatio debeat eſſe neceſſario concludens de proba. c. in ꝓſentia ⁊. C. vnde legi. l. non ob. hoc ⁊. l. non epiſtolis ⁊. l. neqȝ natales. C. de proba. licet autem imago ſcripture ꝓbaretur ſufficienter ⁊ ad plenum ex aſſertione dicti notarij quod tamen eſt falſum ut ſuperius eſt oſtenſum nil tamen ad propoſitum propter plura. Primo quia notarius non atteſtatur dictam ſcripturam fuiſſe teſtibus lectā ⁊ recitatam ut ſic in eorum noticiam fuerit plenarie deducta vnde licet milies probaretur eam coram teſtibus fuiſſe confectam tamen ex quo non apparet recitatio ⁊ licito nullum effectum dicta ſcriptura ſortiretur ut. ff. de lega. iij. lib. xi. §. vbi eſt caſus ſingularis ⁊ ibi per Dy. ⁊ Barto.

Secūdo quia dicta ſubſcriptio notarij generalis eſt ꝙ apparet quia ad multos ſenſus ⁊ ad multa ſignificata trahi poteſt propter eius pregnantiam ut ſuperius eſt oſtenſum. Conſtat autem quod cum notarius ſcribit ⁊ redigit totum in mundum ſed alius ſcribit ipſe autem ſe ſubſcribit ſua ſubſcriptio debet eſſe ſingularis ⁊ ſpecifica nulli ambiguitati ſuppoſita per quod uel ad quid facta fuerit ut

. d. §. per